



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXXVI. De exploratione Iuliensium & conuersione ipsorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

De exploratione Juliensum, & conuer-
sione ipsorum.

CAPUT XXXVI.

Vlienses etiam, Episcopo & nobis ignorantibus, *Sefidus.*
 quosdam homines cautos & gnares Stetinā mi- *Exploratores à*
 ferant exploratores tacitè, quidnam illic agere- *Iulinenſibus*
 mus, si ab eis recipemur, annon; & qui omnes *submittuntur.*
 vias nostras & studia nostra diligenter conspicerent atque re-
 ferrent. At illi, vbi habita exploratione diligentissima, nihil
 imposturæ aut doli circa nos inuenerunt, & Stetinenses, licet *Renuncianr*
 tardè, fidem famen vnanimiter suscepisse viderunt, reuersi ad *Iulinenſibus,*
 suos, more Apostolorum & Euangelistarum, pagani paganis, *qua & siderant.*
 nobis absentibus, quanta bona vidissent & audissent; & quam
 bona, & quam munda esset fides, & doctrina Christiana præ-
 dicare non cessabant, eorumque verbis paulatim scintillanti-
 bus, quasi arundinetum, tota ciuitas incanduit; & iam tæde
 reatque horrere super suis abominationibus, suaque idola &
 errores, quibus inuoluti tenebantur, exsecrari cœperunt.

Episcopus autem tenorem paſti, quo ab eis recesserat,
 mente habens, cogitabat quidem, statim post conuerſionem,
 Stetina ad eos properare; sed rogatus est duo prius inuiscere
 castella, Graditiam videlicet, & Lubinum, quæ in cōfinio po- *Graditz &*
 sita, ad pagum pertinebant Stetinensem. At vbi homines illi, *Lubin Castel-*
 velut arida, imbreuſa, verba Euangeliſus ſuscipientes, fidei *la ad Oderam,*
 Sacramentis imbuti ſunt, exstructo altari & ſanctificato per *Christianam*
 castellum vtrunque: atque ordinatis illis ſacerdotibus, per *religionem ſu-*
 cipti ſunt. *Oderam* flumen in mare lapiſi, vento meliori ad Iulinæ littora
 nauigauimus.

Quanto autem exultationis tristrio recepti fuerimus, *Quanto honore*
 & quanta humilitate illorum & ſatisfactione priores iniurias *& gaudio s.O-*
 obliuisci nos rogauerint, dicere non valeo. Quidquid autem *tho Iulina ex-*
 ſuscipiendo Christianismi ratio exigebat, discere & facere, af- *ceptrus fuerit,*
 sumere vel reicere non morabantur, ita ut illic impleri vi-
 deres,

Psal. 148.

Psal. 17.

*Iulinensem
mutatio in me-
lis.*

*Ingens multi-
tudo eorum,
qui baptiza-
bantur.*

*Labores affe-
dus S. Othonis.*

*Agitur de Sede
Episcopali Iuli-
na statuenda.*

*Sefridus.
¶ Alster; Do-
doma.
S. Otto Dodo-
na. S. Crucem
erigit; & in e-
ius honorem
Ecclesiam ex-
struxit.*

deres, quod scriptum est; *Ipse dixit, & facta sunt;* & populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Hæc autem fuit mutatio dexteræ excelsi. nam quos prius contis & fustibus à suis terminis satis inclementer exturbauerant; postmodum, quasi angelos de celo venientes, summo studio venerati sunt; sanctum arbitrantes atque diuinum, quidquid à nobis dictum vel factum est.

Sed quid multis? Tota ciuitas atque prouincia cum populo suo apposita est ad Dominum; tantaq; fuit multitudo virorum & mulierum, & utriusque sexus puerorum, vt in spacio duorum mensium, quamuis sine cessatione instarem usus peri, vix omnes tingere possemus. Quantum & illic sudoris, & laboris sanctæ semper memoriaz Otto loquendo & clamando in turba, baptizando, & multa faciendo pertulerit, qui videt omnia, viderit Deus. Sed, quia ciuitas hæc in meditullio sita est Pomerania, ciuesq; Iulienses fortes & duræ cervicis, tam Dux Vuratislaus, quam Principes terræ Sedem Episcopatus illis constitendum fore censuerunt; scilicet vt gens aspera ex iugi Doctoris præsentia mansueretur, nec ad pristinos rediret errores; & quod de medio ad omnes terminos terræ chrisma & alia, quæ ab ipso accipieanda sunt, facilius deportari possunt. Itaque duas illic Basilicas fieri præcipiens, altaria tantum & sanctuaria consecravit, quia dum reliqua pars interim consurgebat, & perfectionem exspectare, longum erat ad alias festinanti.

De conuersione Dodona ciuitatis.

CAP VT XXXVIL



Ouentes autem à Iulina* Dodonam venimus, nihilque difficultatis aut contradictionis illic inuenientes, sanctæ Crucis trophyum ibi ereximus. Et quia locus nemorous erat & amoenus, & ligna ad ædificandum suppetebant, in honore sanctæ Crucis ingentem Ecclesiam de nobili artificio fundauimus, & cù lætitia & gaudio populum catechizantes & baptizantes, quia missis multa erat, ad viteriora progreedi festinauimus.

Translato